



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 14. Romanæ Urbis deprædatio, Papa in arcem S. Angeli profugus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

§. XIV.

Sæcul. XVI
A.C. 1527.*Romanæ Urbis deprædatio, Papa in
arcem S. Angeli profugus.*

Cæsum Borbonium Princeps Arausi- *Ciacon. in*
 cus, qui illius locum tenebat, pal- *Clem. VII.*
 lio jussit operiri, ac solerter ejus mor- *p. 447.*
 tem occultavit, ne milites Ducis sui obi- *Duchesne ib.*
 tu perterriti ab oppugnatione desiste- *p. 390.*
 rent; quapropter nonnisi capta urbe il- *Mem. du*
 lius mors innotuit. Interea vero Arau- *Bellai l. 3.*
 fucus suscepito exercitus Imperio suam, *Mezerai ab-*
rege chron.
t 4. p. 336.
 suorumque avaritiam ut fatiaret, Ro-
 manam urbem iterata aggressione inva-
 dere præcepit; unde certamine ad duas
 horas protracto per illatam muro rui-
 nam Cæsarei suburbium intrarunt, nul-
 lo ferme obsidente, eoquod Gibellinæ
 factionis potissimi sese in ædibus suis
 quiete continerent, spe concepta, eos
 ea lenitate habendos, quam sub Colum-
 nensibus experti fuissent. Ast militum
 rabies promiscue in omnes desæviit.
 Cum enim Hispanorum nonnulli per
 quamdam fenestram, quæ in ædibus
 muro vicinis ad explodenda tormenta
 deserviebat, penetrarent, mox stricto en-
 se plateam obsident, ac soli irruunt in
 Rentii Ceris copias, quæ hac ex parte
 stationem agentes confestim unacum
 Duce suo fuga dilapsæ sunt, quamprimum

N 4 hasce

Sæcul XVI. hasce voces inaudierant: *Vivant Hispani! occidite, jugulate, nemini parcite!* A C. 1527. Trucidati fuere ex fugientibus tria ferme millia, & Prætoriana cohors Helvetica, cum furentibus resisteret, ante Pontificis Palatium profugata est. In hoc tumultu summus Pontifex ope adjutus suorum equitum, quos custodiæ caussa penes se habebat, facile per portam Va-

Ciac. in Clem. ticanô proximam fuga sese periculo eri-
VII. tom. 3. pere, atque ad quoddam Ecclesiasticæ
p. 447. *Duches. hist.* ditionis propugnaculum confugere po-
de Clem. VII. tuisset, verum a Bernardo Pallavicino
p. 390. (*) sese decipi sinebat, qui eidem Au-
Mem. du Bel- ctor erat, ut se in arcem S. Angeli re-
lai l. 3. ciperet, ubi etiam cum aliquot Cardina-
Mezerai ab- libus atque Legatis sese inclusit, urbem-
regé chron. *t. 4. p. 336.* que omni præsidio destitutam reliquit.

§. XV.

Hostium sævitia Romæ.

Guice. l. 18. Cum Romani non nisi ignava manu ho-
Pontan. l. 3. stilibus copiis resisterent, hæ om-
Cæsar. Glo- nem suam crudelitatem eo facilius ex-
rieri de di- plebant. Nulla facies mali deerat, &
rept. urbis. Romani exoeriebantur, quicquid a fu-
 rioso ac dissoluto milite, data impune
 sæviendi libertate, timeri poterat. Di-
 ripiun-

(*) Spondanus, & alii hunc vocant *Berardum Patavinum,*